Cinna, ae. *subs. m., f.* Ps Aug Reg de nomine 2. a masculino, ut ... Cinna. **Forma** *acc. pl.* Cinnas Lucan 2.546., Inscr Hd 40357; **a10** *corruptum fortasse.* **Etym** cinna < cinnus[2]. **DLat** Cinnanus, Cinneus. [**Freq** media **180** indicia **11** /d.c.m. 68-44 Cic] *uocabulum scriptis litterariis omne genus praeter dramaticis, satiricis praecipue, necnon narrando argumentando exponendo, et prosa et uersu; omnibus usibus, pro rata parte praecipue quotidianis; technicis, praesertim ad historiam pertinentibus, quoque inuenitur; a saec. I aec. apparet, postea augetur et in fine Antiquitatis languet.*

Variatio		indicia	p/d.c.m. subc.
operum	exponendo	10	3,4
	narrando	100	18
	argumentalis	35	5,2
	lyrica	8	28
	satirica	27	141
diachronica	I aec.	33	1,2
	I-II ec.	87	22
	III-V ec.	60	6,7
diaphasica	quotidiana	27	47
	media	141	10
	docta	12	5,8
diastratica	litteraria	170	13
	technica	10	3,6
modus	prosa	141	10
	uersu	39	21

¶ **a** *uiri nomen* • nombre de varón *Cina* [**hyper nomen** uir] **Inscr** Cil 11.6679 *Arimini in Regione* VI. *Officina* Cinnae. Hd 6746 *Nomenti in Latio et Campania.* Cinna et Voleso consulibus. 30-1 37495 *Carthagine Noua in Hispania Cit.* Cnaeus Cornelius Luci filius Galeria Cinna xxuir murum longum pedes CII ex decreto decurionum faciendum curauit. 68 24619 *Carnunti in Pannonia Sup.* Lucius Pompeius ... miles legionis X geminae centuria Cinnae ... hic situs est. 71-100 Hd 8152 *Ulpiae Nouiomagi Batauorum in Germania Inf.* Legionis X geminae centuriae Cinnae Amoni Iulli. 101-200 40357 *Celtianis in Numidia.* Lucius Cassius Cinnas uixit annos XXXXXV. 171-230 27452 *Ossigis in Baetica.* Cornelius Cnaei filius Cinna uixit annis quasi XXX.

eorum qui habuerunt praesertim • *entre ellos especialmente* **a1** Lucius Cornelius Cinna. *Luci Corneli Cinna (a2) pater, consul anno 127 aec.* • *padre de su homónimo (a2), cónsul en 127 aec.* 354 Philocal Fast. (627 auc) Rauilla et Cinna.

a2 Lucius Cornelius Cinna. (?-84 aec) *L. Corneli Cinnae (a1), Corneliae (a3) et Corneli (a4) pater; patricius popularium partes affectans, Mario socius, Sullae inimicus* • *hijo de L. Cornelio Cina (a1), padre de Cornelia (a3) y de Cornelio (a4); patricio partidario de los populares, aliado de Mario y enemigo de Sila* [**dom** Marius, Octauius, Sulla] Dio un golpe de estado junto con Mario durante la Guerra Social y fue cuatro veces consecutivas cónsul (87-84). 45-44 Cic Nat deor 3.81. cur omnium crudelissumus tam diu Cinna regnauit? 30 Vell 2.21.1. bellum ... infert patriae Cinna. 32 Val Max 2.8.7. L. Cinna et C. Marius hauserant quidem auidi ciuilem sanguinem. 350 Obseq 56a. Cn. Octauio L. Cinna coss. (667 auc) Cinna et Mario per bella crudeliter saeuientibus Romae. 354 Philocal Fast. (667 auc) Octauio et Cinna. (668 auc) Cinna et Mario. (669 auc) Cinna III et Caruo. (670 auc) Caruo II et Cinna IIII.

posteritas ut crudelissimum habuit • *para la posteridad, su nombre fue sinónimo de crueldad* 68-44 Cic Att 7.7.7. nec in caede principum clementiorem hunc fore quam Cinna fuerit. 63 Cic Catil 3.24. Superauit postea Cinna cum Mario; tum uero clarissimis uiris interfectis lumina ciuitatis extincta sunt. 62-65 Lucan 4.822. Cinna cruentus. 200-300 Liv Perioch 80. Cinna et Marius in urbem recepti sunt; qui uelut captam eam caedibus ac rapinis uastauerunt.

et eius regimen ut tyrannidem • *y su gobierno fue considerado tiránico* [**dom** dominatio, Cinnae dominatio, Cinnanum tempus] 68-44 Cic Att 8.3.6. in Cinnae dominatione. 39-34 Sall Hist 1.64. Tyrannum ... Cinnam maxima uoce appellans. 44-43 Cic Phil 1.34. L. Cinnae dominatum. 11.1. L. Cinna crudelis. 30 Vell 2.23.3. Dominante in Italia Cinna. 116 Tac Ann 1.1. non Cinnae, non Sullae longa dominatio. 400 Ps Aur Vict Epit 48.16. Cinnam Marium Syllamque atque uniuersos dominantium.

adeo ut similitudinibus ad tyrannidem uel crudelitatem appareret • *hasta el punto de ser usado en comparaciones sobre tiranía o crueldad* 62-65 Lucan 2.546. cum fata Camillis te, Caesar, magnisque uelint miscere Metellis, ad Cinnas Mariosque uenis. 394-404 Claud In Ruf 1.1.254. O mites Diomedis equi! Busiridis arae clementes! iam Cinna pius! 🕮 Schol Lucan B 2.546. Ad Cinnas Mariosque. quoniam Cinna et Marius consules gesserunt bella ciuilia. Ps Aug Reg 30. est illud, τρία κάππα κάκιστα, id est tria cappa pessima, de Cornelio Sylla, de Cornelio Cinna, de Cornelio Lentulo. Hii enim per tres litteras tyranni designati sunt in libris Sibyllinis. Adnot Lucan Suppl 2.546. Ad Cinnas. Cinna et Marius tyranni fuerunt. ... Cinnas pluraliter dictum, cum unus fuerit.

a seditiosis militibus interfectus est cum bellum contra Sullam pararet • *murió a manos de sus soldados amotinados cuando hacía preparativos para enfrentarse a Sila* 30 Vell 2.24.5. Cinna seditione orta ab exercitu interemptus est. 417-418 Oros Hist 5.19.24. Cinna quarto consul ab exercitu suo interfectus est.

a3 Cornelia Cinna. (Cinnilla) (94-c. 68 *aec.*) *L. Corenlii Cinnae (**a2**) filia, Iulii Caesaris adamata coniux, a quo filiam habuit, quae cum Pompeio Magno postea nuptiis coniuncta esset; in eius morte, Iulius Caesar coniux elogium de ea maestissimus Rostris habuit* • *Cornelia Cina la Joven, hija de Lucio Cornelio Cina (a2) y amada esposa de Julio César, con quien tuvo una hija, Julia, que fue casada con Pompeyo; a su muerte, su desconsolado marido pronunció su elogio fúnebre en los Rostra* 121 Suet Iul 1.6. Iuliam amitam uxoremque Corneliam defunctas laudauit e more pro rostris. 30 Vell 2.41.2. *Iulius Caesar* Cinnae gener, cuius filiam ut repudiaret nullo metu compelli potuit.

a4 Lucius Cornelius Cinna. *L. Cornelii Cinnae (a2) filiius, Corneliae Cinnae (a3) frater; Pompeiae, Pompeii Magni filiae, coniux fuit, a quo G. Pompeium Cinnam Magnum (a7) et L. Cornelium Cinnam (a5) habuit. Praetor anno 44 aec. Quamuis a coniuratione abhorruit, cum Caesaris interfectoribus conuenit, eumque post mortem conuiciatus est. Plebs irata, dum illum necare uolebat, G. Heluium cinnam (a6) perperam necauit* • *Lucio Cornelio Cina, hijo de su homónimo (a2) y hermano de Cornelia Cina (a3); fue esposo de Pompeya, hija de Pompeyo, con quien tuvo a Gneo Cornelio Cina Magno (a7) y a Lucio Cornelio Cina (a5). Fue pretor en el 44 aec. Aunque no conspiró con ellos, se unió a los asesinos de César, injuriándolo tras su muerte. El pueblo enfurecido, queriéndolo matar, lo confundió con Gayo Helvio Cina (a6), matándolo en su lugar* 121 Suet Iul 1.5. L. ... Cinnae uxoris fratri ... reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit.

a5 Lucius Cornelius Cinna. (77-21 aec.) *Senator Cornelii Cinnae (→a4) filius. Marci Antonii partes assectauit, ibique quaestor (44 aec.) ab equitibus suis relictus est ut Bruti partibus adhaererent* • *senador hijo de Lucio Cornelio Cinna (→a4). Fue partidario de Marco Antonio en la guerra civil, y como cuestor (44 aec.) sufrió la deserción de un cuerpo de caballería a su mando que desertó al bando de Bruto* 🕮 Cic Phil 10.6. Legiones abducis a Bruto. Quas? Nempe eas quas ille a C. Antoni scelere auertit et ad rem publicam sua auctoritate traduxit. 10.13. Equitatus qui in Syriam ducebatur bipertito alter eum quaestorem a quo ducebatur reliquit in Thessalia seseque ad Brutum contulit. Plutarco Brutus 25.1. Ἀντίστιος ... ἱππεῖς ... πεντακοσίους ἀφείλετο Κίννα πρὸς Δολοβέλλαν ἄγοντος εἰς Ἀσίαν.

a6 Gaius Heluius Cinna. (85-44 aec) *neotericus poeta qui Catulli Asiniique Pollionis amicus fuit* • *Gayo Helvio Cina, poeta neotérico amigo de Catulo y Asinio Polión* 65-54 Catull 10.30. meus sodalis— Cinna est Gaius. 42-39 Verg Ecl 9.35. neque adhuc Vario uideor nec dicere Cinna digna, sed argutos inter strepere anser olores. 9-12 Ov Trist 2.433. Cinna ... procacior Anser. 150 Pompon 44. *libros conscripsit* Cinna. 160 Gell 19.9.7. Cinna inlepida et Memmius dura ac deinceps omnes rudia fecerunt atque absona. 19.13.5. in poematis Helui Cinnae, non ignobilis neque indocti poetae. 🕮 Philarg Verg Ecl 7.22. quoniam laudat Codrum, nunc intellegi uoluit Heluium Cinnam poetam, de quo melius sentir. ... sed argutos inter strepere anser olores. Ait autem Cinnam minus ingeniose scribere, quam Apollinem. 7.76. Codrum Cinnam dicit. 9.35. Cinna idest nobili uiro et poeta. Schol Bern Ecl 5.35. Cinna, optimus poeta Antonii, qui et Anser nominatus est, uel qui 'auis' nomine dicitur. Dig 1.2.2.44. hi libros conscripserunt ... Cinna, Publicius Gellius.

Zmyrnam, opus hodie deperditum, per nouem annos composuit • *compuso, a lo largo de nueve años, una "Zmyrna" hoy perdida* 65-54 Catull 95.1. Zmyrna mei Cinnae nonam post denique messem quam coepta est nonamque edita post hiemem. 95 Quint Inst 10.4.4. Cinnae Zmyrnam nouem annis accepimus scriptam. 🕮 Serv Ecl 9.35. Cinna poeta optimus fuit, qui scripsit Smyrnam.

tribunus plebis anno 44 aec. fuit, sed infauste, cum pro Cornelio Cinna praetore (a4) perperam interfectus esset • *fue tribuno de la plebe (44 aec.), degraciadamente para él, pues fue asesinado por confusión con el que fuera pretor Cornelio Cinna (a4)* 32 Val Max 9.9.1. C. Heluius Cinna tribunus pl. ex funere C. Caesaris domum suam petens populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna. 121 Suet Iul 85. *Plebs* obuium sibi Heluium Cinnam per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem grauiter pridie contionatum de Caesare requirebat, occidit caputque eius praefixum hastae circumtulit. 300-400 Paris 9.9.1. Heluius Cinna tr. pl., ex funere C. Caesaris domum petens, a populo discerptus est pro Cornelio Cinna, cui erat infestus. 350 Obseq 70. A.V.C. 712. Cinna tr. pl.

a7 Gnaeus Cornelius Cinna Magnus. (*anno 55 aec.*) *L. Cornelii Cinnae (a4) Pompeiaeque, Pompei Magni filiae, filius; stolidus Senecae philosopho uisus est; consul suffectus anno 5 aec. antea contra Augustum conspirauerat, qui ei ignouit* • *Gneo Cornelio Cina Magno, hijo de Lucio Cornelio Cina (a4) y Pompeya, hija de Pompeyo; de carácter estúpido según Séneca, fue cónsul suffectus en el 5 ec. Anteriormente, había participado en una conspiración en contra de Augusto, que lo perdonó* 55-56 Sen Clem 1.9.2. *Diuo Augusto* delatum est ad eum indicium L. Cinnam, stolidi ingenii uirum, insidias ei struere. 1.9.11. 'uitam' inquit 'tibi, Cinna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidae. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat.

a8 Lucretius Cinna. *consul anno 19 aec. fortasse fuit* • *Lucrecio Cina, cónsul quizás en 19 aec.* 🕮 Philarg Praef. Virgilius ... Brundisi moritur Sentio Saturnino et Lucretio Cinna consulibus.

a9 Cinna. *homo quidam a Martiale poeta concinnatus* • *Cina, cierto personaje creado por el poeta Marcial* 80-85 Mart Epigr 1.89. Garris in aurem semper omnibus, Cinna. 2.53.5. Si ridere potes miseri chrysendeta Cinnae.

a10 Cinna. [**Forma** *fortasse corruptum*] *f. femina mythologica quaedam* • *Cina, cierto personaje mitológico femenino* [**hyper nomen** femina mythologica] 180 Hyg Fab 145.1. Ex Phoroneo et + Cinna nati Apis et Nioba.

b Cinna. **b1** [**Forma** Cina, Sinna] *Dalmatiae urbs* • *la ciudad dálmata de Cina* [**hyper nomen** urbs **hol prouincia**[c] Dalmatia] 284-305 Itin Anton Aug 339.3. Cinna. 300-400 Tab Peut 7.1-2. Sinna. 365 Optat 1.23.8. Cum consedissent ... Merocles a Mediolano, Florianus a Sinna.

b2 *mons Latii prope Uaticanum situs* • *la montaña latina de Cina, cerca del Vaticano* [**hyper nomen** mons **hol ager Italiae** Latium] **Inscr** 252 Cil 6.10247 *Romae.* monumentum, quot est uia triumphale ... in cliuo Cinnae. [**hyper nomen** cliuus]